

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Codicis Dn. Ivstiniiani Sacratissimi Principis P.P. Avg.  
Repetitæ prælectionis Libri XII**

**Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>**

**Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.**

Constitutiones Friderici Secundi Imperatoris

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1733>

<sup>55</sup> eo pro malæ fidei possessore habeatur, l. 7. Cod. de agr. & cens. licet in fructu & eius quod interest ratione distinguat inter bona & malæ fidei emptorē, sicut Fridericus in pretij repetitione. Et præterea longi tantum temporis præscriptionem excludere Fridericus voluit. Militibus hac siue nouella siue editio Constantinus adnumerat causarios, & quid iuris sit si prædia miles à milite emerit, definit, & alia quædam.

Fendorum Finis.

## CONSTITUTIONES FRIDERICI SECUNDI di Imperatoris incipiunt.

*De statutis & consuetudinibus contra libertatem ecclesie editis, & immunitate locorum religiosorum. Ubique morantur & fori prius legio, & Gazaris, & Patarenis, & alijs hereticis, corumque successoribus, & natiq[ue] peregrinis, & aduenis quoquaque locorum hospitantibus, eorumque successoribus, & de agriculturum securitatibus.*

Tit. I. vel. Tit. XVII.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, Marchionibus, comitibus, cunctisque populis quos clementia nostræ regit imperium, Salutem & gratiam.

**N** die qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepinus imperij diademam, curauimus ad Dei & ecclesiæ suæ honorem, edere quasdam leges, quas in præsenti pagina iussimus annotari, per totum nostrum imperium publicandas. Per imperialia vobis scripta præcipiendo mandamus, quatenus eas quisque literas in suo districtu irrefragabiliter & inconcusse feruerit.

*Et sunt haec leges:*

Ad decus & honorem imperij, & laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere, quam ut expurgatis quibusdam erroribus, & iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cætero ecclesiæ Dei plena quiete vigeat, & secura gaudet libertate. Sanè adeò infidelium quorundam & iniistorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra apostolicam disciplinam, & sacros canones statuta sua confingere, contra ecclesiasticas personas, & ecclesiæ libertatem. Cùm ergo dispositione diuina fauente nihil velit ecclesia (qua[n]d] nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concursu & eadem non placeat voluntate.

**N** O S <sup>1</sup> Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus, hac editâ lege irritamus, & irritam <sup>12. Cessatione de sacro eccl. 12. Cessatione de sacro eccl.</sup> nuntiamus omnia statuta & consuetudines quæ ciuitates, yel loca, potestates, consules, yel quoquaque alia personæ contra libertatem ecclesiæ, vel ecclesiasticas personas edere, vel seruare aduersus canonicas vel Imperiales sanctiones præsumperint: & ea de capitularibus suis mandamus intra duos menses post huius publicationem editi penitus aboleri: & si de cætero similia attentaerint, ipso iure decernimus esse nulla, & eos sua iurisdictione priuatos, superiori protinus applicanda: necnon locum vbi deinceps talia presumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus subiacere: potestates vero, consules, rectores, statutarij, & scriptores dictorum statutorum, necnon & consiliarij locorum ipsorum, qui secundum statuta vel consuetudines memoratas iudicauerint, sint ex tunc ipso iure infames: quorum sententias & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quod si per annum huius nostræ constitutionis inuenti fuerint contemptores: bona eorum per totum nostrum imperium mandamus impunè ab omnibus occupari: sal-

uis nihilominus alijs pœnis contra tales in generali concilio promulgatis.

**I**tem nulla potestas, vel persona publica, vel priuata collectas siue exactiones, angarias, vel pârangarias <sup>Hinc summa est aut. 2.</sup> ecclesijs, vel alijs pjs locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere bona ecclesiastica præsumant: quod item nulla, c. si fecerint, & requisiti ab ecclesia, vel ab imperio, enemus de episcop. & dare contemperint, triplum refundant: & nihilominus clero banno imperiali subiaceant: quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.

**I**tem <sup>3</sup> quecumque communitas, vel persona per annum in excommunicatione facta propter libertatem ecclesiæ persistit, ipso iure imperiali banno subiaceat: a quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia absolutus fuerit. <sup>Hinc summa est aut. 13. item quecumque. C. de episcop. & cler.</sup>

**I**tem <sup>4</sup> statuimus, vt nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat, contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. quod si fecerit, actora iure suo cedat, & iudicatum non teneat: & iudex sit extunc iudicandi potestate priuatus. Statuimus enim, vt si quis clericis vel personis ecclesiasticis iustitiam denegare præsumperit tertio requisitus, suam iurisdictionem amittat.

**I**tem <sup>5</sup> Gazaros, Patarenos, Lenonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circuncisos, & omnes hereticos utriusque sexus, quoquaque nomine censeantur, perpetua damnatio in fama, diffidamus atque bannimus: præcipientes, ut bona talium confiscantur, nec ad eos ulterior reuertantur: ita quod filii ad successiones eorum peruenire non possint: cum longè grauius sit æternam quam tempora- <sup>Hinc summa est aut. 19.</sup> lem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis, ac qualitatem personæ, propriam innocentiam congra purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habentur: ita quod si sic per annum manserint, ex tunc eos sicut hereticos condemnamus.

**I**tem <sup>6</sup> Statuimus etiam hoc edito in perpetuum valituro, ut potestates, consules, seu rectores, quibuscumque <sup>Hinc summa est aut. 19.</sup> fungantur officijs, pro defensione fidei præstant publicè <sup>Statuimus. C. iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis vnde episc. aud.</sup> niuersos hereticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebūt, ita quod amodò, quandoquaque fuerit quis in potestate, siue perpetuam, vel temporalem, assumpitus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioqui nec pro potestatibus, nec pro cōsulibus habeantur: & eorum sententias irritas extunc decernimus & inane.

**I**tem <sup>7</sup> Si vero dominus temporalis requisitus & admonebitur ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab <sup>Hinc summa est aut. 4.</sup> heretica prauitate: post annum à tempore admonitionis <sup>Si dominus. C. clapsum, terram illius ipsi exponimus catholicis occidente haret. & Manich.</sup> tradictione possideant, & in fidei pietate conseruent: salvio iuste domini principalis: dummodo super hoc nullum præstet obstatum, nec aliquod aliud impedimentum opponat, eadem nihilominus lege seruata contra eos qui non habent dominos principales.

**I**tem <sup>8</sup> Crédentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hereticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit ab ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere contemperint intra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendum aliquos ad huiusmodi neq[ue] ad testimonium admittatur, si etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quoquaque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam habeat firmitatem: nec causa aliqua ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per eum cōfecta, nullius penitus sint momenti.

**I**tem <sup>9</sup> Nauigia: quoquaque locoru peruerenterint, si quo casu contingentí rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenierint, tam nauigia ipsa, quam nauigantium bona, illeis integræ referuentur ad quos spectabant, antequam nauigium illud periculū incurrisset, sublata omnium locoru penitus consuetudine, quæ huic aduersatur sanctione: nisi talia sint nauigia, que piraticâ exerceant prauitatem, aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Transgressiores vero huius nostræ constitutionis, bonoru suoru publicatione multentur: & si res exegerit, corum audacia iuxta mandatum nostrum modis alijs compescatur.

**Omnies**

<sup>a</sup>Hinc sumpta 10 ¶ Omnes peregrini & aduenæ liberè hospitentur vbi voluerint: & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem: quorum ordinatio inconclusa seruetur. Si qui verò intestati decellerint, ad hospitem nihil perueniat: sed bona ipsorum permanens episcopi loci tradantur hæredibus, si fieri possit: vel in pias causas erogentur. Hospes vero si aliquid de bonis talium contra hanc constitutionem nostram habuerit, triplum episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum: non obstante statuto aliquo, seu consuetudine, seu priuilegijs, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra presumpserint, eis deribus suis testandi interdicimus facultatem: ut in eo puniantur, in quo deliquerint: alias prout culpa qualitas exegrit, puniendo.

<sup>a</sup>Hinc sumpta 11 ¶ Agricultores <sup>b</sup>, & circa rusticitatē occupati, est aucth. agri- dum villis insident, dum agros colunt, securi sint qua- cultores. Cod. cunque parte terrarum: ita ut nullus inueniatur tam au- quares pigno. dax, qui personas, vel boues, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit quod ad operam rusticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præsumat. Si quis au- tem huiusmodi statutum ausu temerario violare præsum- pserit, in quadruplum ablata restituat, infamiam ipso iure incurrat, imperiali animaduersione nihilominus pu- niendus.

12 ¶ Nos verò Honorius episcopus, seruus seruorum Dei, has leges à Friderico Romanorum Imperatore filio nostro charissimo pro utilitate omnium Christianorum editas laudamus, approbamus & confirmamus, tan- quam in eternum valituras, & si quis ausu temerario, inimico humani generis suadente, quounque modo has infringere tentauerit: indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se noue- rit incurrurum.



### EXTRAVAGANTES, QVAS NON nulli x i. collationem appellant.

QVOMODO IN LÆSÆ MA- iestatis crimine procedatur.

Tit. I. vel, Tit. XIX.

Henricus septimus, diuina fauente gratia Romanorum Imperator, semper Augustus.

**A**d remedium multorum facinora qui ruptis totius debita fidelitatis habenis, aduersus Romanum imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas re- quieticit, hostili animo armati conantur nedum humana, verumetiam diuina præcepta, quibus iubetur, quod omnis anima Romanorum principi sit subiecta, sceleratissimi facinoribus & assiduis rebellionibus demoliri: ne ex eorum absentia, in detestando læsa maiestatis criminis processus & sententia retardentur, & tanti sceleris nefanda temerario remaneat impunita: Hac edictali, Deo propitio, perpetuò valitura lege sancimus, ut in quounque læsa maiestatis criminis, & maximè vbi contra Romanorum imperatores vel reges aliquid quod dictum tangat afferatur commissum,

¶ Pragmatici possit procedi per accusationem, inquisitionem, seu de- vocant secer- nunciationem, summarie & de plano, sine strepitu, & si- tam informa gura iudicij, prout illi qui iuridictioni præcest videbitur tionem, qua expedire. Ad hoc, si qua communitas, corpus, vel collegi- de S. Clarum um, vel alia quævis persona, cuiuscunque status, dignita- tis, vel conditionis existat, super dicto criminis per nun- ciationem, vel per literas, seu etiam per edictum publicè pro- possum citata, vel citatum neglexerit in termino personaliter vel legitimè comparere: contra ipsam vel ipsum periade ac si præsentialiter omnibus interesset, vel lis fo- ret legitimè contestata, tam ad receptionem testium, & eorum publicationem, & sequentia, quam ad definitiūam

sententiam, & eius executionem procedatur: legibus & consuetudinibus non obstantibus quibuscumque. Hanc autem generalē legem nostram extendi iubemus ad præterita <sup>c</sup>, præsentia & futura: quam legem ex nunc abs <sup>c</sup> G.L.7. Co. de que alterius temporis expectatione transcursus suum in legibus, te grum vigorem decernimus obtinere.

### QUI SINT REBELLES.

Tit. I I. vel, X X.

Idem ad perpetuam rei memoriam.

**V**ONIAM nuper est ad auditum nostrum deducētum, quod inter nonnullos fideles & subditos nostros provinciæ Lombardiae, aliorumque locorum Italiae disceptationes & dubia sapientur, an infidelis & rebellis imperij quisquam reputari debeat, nisi prius per nostræ maiestatis sententiam condemnatus appareat: & nos attentes quod acta prava malorum potius quam verba sententiarum ipsos faciunt pœna condignos, & eo ipso quod quis peccat, correctionem meretur: & quanto plus differtur punitio, tanto amplius culpa crescit, & gentibus perniciosus in exemplum transit. Tenore præsentium declaramus, decernimus, & pronuntiamus, quod illi <sup>b</sup> omnes & singuli sunt rebelles, & infideles nostrim <sup>b</sup> Qui sint re- perij, qui quomodo cunque publicè vel occultè contra belles. nostrum honorem & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & contra nostri imperij prosperitatē aliquid machinantur: contra nos, seu officiales <sup>d</sup> nostros, in ijs quæ addel. 1.5. Co. ad commissum eis officium pertinent, rebellando. Nul. ad l. 1.6. ma- li ergo omnino hominum licet hanc paginam declara. stat. v. Clari- tationis & pronunciationis infringere, vel ausu temerario 5. sent. 5. le- contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, in- masst. in ver- dignationem nostram, & pœnam mille librarum no- si. querocia. stræ camera solvendarum se noverit incurrurum. Da- ta Pisces IIII. Nonas Aprilis: regni nostri anno quinto, M. CCCXII.

### LIBER DE PACE CON-

S T A N T I A E C O M P O S I T A <sup>e</sup> hæc consti-  
INTER IMPERATORE FRIDE- tutio pmul-  
 ricum & filium eius Henricum, & quosdam gata est Con-  
nobiles Alemaniæ ex una parte, & ci- stantij in cō-  
uitates Lombardiæ, Marchiæ, uentu princi-  
& Romandiæ, ex pū: vt & con-  
altera. stitutio pos-  
ta 2. feud. 53.  
Roncaliæ.

Tit. I I I. vel, X X I.

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis: Fridericus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator, semper Augustus, & filius eius Henricus, sextus Romanorum Rex, Augustus Imperialis clementia immensa serenitas mansuetata, eam semper in subditis suis dispensationem fauoris & gratiæ habere consuevit, ut quamvis districta seueritate excessuum delicta debeat & possit corriger: magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis & pijs affectibus misericordiæ Romanum imperium regere, & rebellium insolentiam ad debitam fidem, & debitæ deuotionis obsequium reuocare. Ea propter cognoscat uniuersitas fidelium imperij tam præsentis ætatis, quam successiæ posteritatis, quod nos solita benignitatis nostræ gratia, ad fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos & imperium nostrum offenderant, viscera nobis innata pietatis aperientes, eos & societatem ac fautores eorum in plenitudinem gratia nostræ recipimus, offendit omnes & culpas quibus nos ad indignationem prouocauerant, clementer eis remittentes: eosq; propter fidelia deuotæ sinceritatis seruitia, quæ nos ab eis credimus certissimè recepturos, in nu-